

1773. 1
Gerardo Frederico
Mullero
Viro Doctissimo

S. P. Q.

Theophilus Sigefridus Bayer
Regio montanus

Cum ac vos partem ab Academia, partem
a privatis magna rerum et Scripto-
rum copia transmittitur, meis lite-
ris carere vos posse, iudicavi. In-
census autem ab Illustrissimo Viro,
cui Summa rerum Academicarum

tradita est, consilium mutandum esse
 sensi. Et est praeterea, quod moncam.
 Sunt enim in iis, quae ad nos trans-
 missa fuerunt, pleraque barbaram vo-
 cabula ita festinanter et confusis
 litterulis scripta, ut quae eorum pro-
 nunciatio sit, non appareat. Vides,
 quantum fructus ab utilissimo in-
 stituto tuo decedat, itaque scri-
 bam, ut in his peregrinis vo-
 cabus accuratissimam litterarum

elegantiā, adhibere.

Amiciſſimum, Gmelinum, meo meorumque
 nomine ſaluta. Accipiet nunc demum,
 ut opinor, epistoſas meas dudum ad
 eam ſcriptas. Ceterum recte valemus.
 te autem cum Clariffimis Collegis
 tuis, in illo difficillimo periculoſiſſi-
 moque ſtadio, pancraticæ et athle-
 ticæ valere cupio. Petropoli XVIII.
 Nov. obſec XXXIV.